



NVMMI MEMORIÆ SACRI
HENRICI III. GALLIARUM ET
 Poloniæ Regis: & Henrici Regis Navarræ, cusi
 Duce Mayno, cum sociis, regnum tur-
 bante, Anno Christi

1589.



VT Henricus III. Rex Galliarum, in comitijs Bles-
 sensibus, Henricum & Ludovicum Guisios, eò
 quod non tantum regnum turbarent, sed etiam in
 Regis vitam conspirarent, è medio tolli curavit, fu-
 sius commemorant, quorum, in rebus gestis po-
 steritati transmittendis labor consumitur. Sublatis
 hisce Pontificæ Ligæ confœderati undiquaque
 fremitu atque indignari: plerique Proceres ac Ci-
 vitates deficere: Meynium caput ac ducem belli
 contra Regem designare. Sed neque Rex commodis suis deest: complura
 loca sibi infesta recuperat: Fœderatorum copias, quarum Duces Brisaacus,
 Coverius, Escaffonius, Tubæffus, ad Falojzam multistrucidatis, captis plu-
 rimis, dissipat. Cum verò Parisienses quoque, Aureliani, Lugdunenses fi-
 dem Regi datam fregissent, ante omnia Ducem Maynium, & Annelium
 fratres patruelles publicè proferibit, bonis eorum fisco adiudicatis: urbes
 verò à rebellionē ad obedientiam scriptis publicis revocat. Redire ad offi-
 cium recusantibus de adaugendis viribus suis Rex cogitat sollicitè, præter-
 que opinionem multorum cum Henrico Rege Navarræo (cuius fidem
 probè jam cognoverat) inducias ac fœdus init.